Sigismundus dei gratia Rex Polonie Supremus Dux Lituanie Russie Prussie Masovie et dominus et heres

Universis et singulis status et condicionis cuiusvis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, vicepalatinis vicecapitaneis, Burgrabiis, necnon preconsulibus, consulibus, Advocatis Civitatum oppidorum villarumque in Regno et dominiis nostris prefectis, eorumque loca tenentibus ceterisque officialibus quibus interest presentibus requirendis. Planum testatumque facimus tenore presentium quod nos providis oppidanis ac omnibus Incolis oppidi Bu[illegible] Ro[illegible]sitionis Prepositi vithowiey, libertatis privilegium ab omnibus foralibus septimanalibus et annalibus per et intra Regnum dominiaque nostra ubique solvendis in perpetuum concessimus et huius fidem omnimodam presentibus facimus. Mandamusque vobis universis officialibus predictis ut eosdem oppidanos Buscen circa hanc libertatem per nos ipsis gratuito concessam liberos conservetis ab eisque nulla foralia quovis tempore ubique locorum ab omni genere mercium exigatis nec exigi patiamini, nullumque negocium eis propter [illegible] faciatis. sub gravi indignatione nostra atque iis litteris fidem adhibeatis tanquam originalibus, libertatem [illegible]tem diserte continentibus. harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est appressum Datum [illegible]uarii anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto Regni nostri anno XXXIX°.

Ad mandatum s. Regie Maiestatis proprium

Sigismundus dei gratia Rex Polonie supremus Dux
Lituanie Russie Prussie Masovie etc. dominus et heres

Universis et singulis status et condicionis cuiusvis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, vicepalatinis, vicecapitaneis, Burgrabiis, necnon preconsulibus, consulibus, Advocatis Civitatum oppidorum villarumque in Regno et dominiis nostris prefectis, eorumque loca tenentibus, ceterisque officialibus quibus interest presentibus requirendis. Planum testatumque facimus tenore presentium quod nos pro medis oppidanis ac omnibus Incolis oppidi Bu[illegible] Ro[illegible]sitionis Prepositi Vithoviensis, libertatis privilegium ab omnibus foralibus septimanalibus et annalibus per et intra Regnum dominiaque nostra ubique solvendis in perpetuum concessimus, et huius fidem omnimodam presentibus facimus. Mandamusque vobis universis officialibus predictis ut eosdem oppidanos Buscen. circa hanc libertatem per nos ipsis gratuito concessam liberos conservetis ab eisque nulla foralia quovis tempore, ubique locorum, ab omni genere mercium exigatis nec exigi patiamini, nullumque negocium eis propterea exhibeatis. sub gravi indignatione nostra atque iis literis fidem adhibeatis tanquam originalibus, libertatem hanc et immunitatem diserte continentibus. harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est appressum Dat. Cracovie trédecima February anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. Regni nostri anno XXXIX°

[illegible] [illegible]
[illegible]

Ad mandatum S. Regie Mtis proprium





N. 6.

